

Incipit epistola beati Hieronimi ad Damasum papam in quattuor euangelistas.

**B**eatisimo pape  
Damaso · Hieronimus ·  
Nouum opus me facere cogis ex veteri: vt post exemplaria scripturarū toto orbe dispersa quasi quidam arbitri sedeant et quod inter se variant que sint illa que cum greca consentiant veritate: decernam. Diu labor sed periculosa presumptio · iudicare de ceteris · ipse ab omnibus iudicandus: senis mutare linguam et canescentem mundum ad initia retrahere paruulorum. Quis enim doctus pariter vel indoctus: cum in manus volumen assumpsit: et a salina quam semel imbibit viderit discere quod legerat: non statim erumpat in vocem me falsarium me clamans esse sacrilegum: qui audeam aliquid in veteribus libris addere · mutare · corrigere? Aduersus quam inuidiam duplex causa me consolatur: quod tu qui summus sacerdos es · fieri iubes · et verum non esse quod variat · etiam maledicorum testimonio comprobatur. Si enim latinis exemplaribus fides est adhibenda: respondeat quibus tot sunt exemplaria pene quot codices. Sin autem veritas est querenda de pluribus cur non ad grecam originem reuerteres · ea que vel a viciosis interpretibus male edita · vel a presumptoribus imperitis emendata peruerteris · vel a librariis dormitantibus aut addita sunt aut mutata corrigimus? Neque vero ego de veteri discepto testamento: quod a septuaginta senioribus in grecam linguam versum · tertio gradu ad nos usque peruenit. Non quero quid aquila quid symmachus sapiat quare theodocion inter nouos et veteres medicus incedat. Sit illa vera interpretatio: quam apostoli probauerunt. De nouo nunc loquor testamento quod grecum esse non dubium est: excepto apostolo Mattheo · qui primus in iudea euangelium christi hebraicis litteris edidit. Hoc certe cum in nostro sermone discordat: et diuersos riuulorum tramites ducit vno de fonte querendum est. Pretermitto eos codices quos a Luciano et Desicio nuncupatos paucorum hominum asserit pueris contentio: quibus vix nec in veteri instrumento post septuaginta interpretes emendare quod licuit · nec in nouo profuit emendasse: cum multarum gentium linguis scriptura ante translata doceat falsa esse que addita sunt. Igitur hec presens presantuncula pollicetur quattuor tantum euangelia: quorum ordo est iste · Mattheus · Marcus · Lucas · Johannes · codicum grecorum emendata collatione sed veterum: que nec mirum a lectionis latine consuetudine discreparent ita calamo imperauimus: vt his tantum que sensum videbantur mutare · correctis reliqua manere pateremur vt iuerat. Lanoines quoque quos Eusebius cesariensis episcopus alexandrinum secutus ammonium in decem numeros ordinauit: sicut in greco ha-

benitur expressimus. Quod si quis de curiosis voluerit nosse que in euangelis vel eadem vel vicina vel sola sint: eorum distinctione cognoscat. Magnus siquidem hic in nostris codicibus error inoleuit: dum quod in eadem re alius euangelista plus dixit · in alio quod minus putauerint · addiderunt: vel dum eundem sensum alius aliter expressit · ille qui vnum e quattuor primus legerat · ad eius exemplum ceteros quoque estimauerit emendandos. An accidit · vt apud nos mixta sint omnia · et in Marco plura Lucę atque matthei. Rursum in Mattheo plura Iohannis et Marci: et in ceteris reliquorum que in alijs propria sunt inueniantur. Cum itaque canones legeris qui subiecti sunt confusionis errore sublato · et similia omnium scies · et singulis sua queque restitues. In canone primo concordat quattuor · Mattheus · Marcus · Lucas · Johannes. In secundo tres · Mattheus · Marcus · Lucas. In tertio tres · Mattheus · Lucas · Johannes. In quarto tres · Mattheus · Marcus · Johannes. In quinto duo · Mattheus · Lucas. In sexto duo · Mattheus · Marcus. In septimo duo · Mattheus · Johannes. In octauo duo · Lucas · Marcus. In nono duo · Lucas · Johannes. In decimo · propria vniuersisque que non habent in alijs ediderunt. Singulis vero euangelis ab vno incipiens usque ad finem libro: in dispar numero accrescit. Sic nigro colore prescriptus sub se habet alium ex minio discoloratum numerum: qui ad decem usque procedens incipit prior numerum in quo lit canone requiritur. Cum ergo aperto codice: verbi gratia: illud sine illud capitulum scire volueris cuius canonis sit: statim ex subiecto numero doceberis · et recurrens ad principia in quibus canonum est distincta coherens: eodemque statim canone ex titulo frontis inuenito: illum quem querebas numerum eiusdem euangelii qui et ipse ex inscriptione signat inuenies: atque vicino ceterorum tramitibus inspectis: quos numeros e regione habeant: adnotabis: et cum scieris · recurre ad volumina singulorum et sine mora reperis numeros quos ante signaueras · reperies et loca in quibus vel eadem vel vicina dixerunt. Opto vt in christo valeas · et memineris mei papa beatissime.

KÖNIGL.  
BIBLIOTHEK  
ZU  
DUSSELDORF

Incipit prologus sancti Hieronimi.

**Q**uod uires fuisse qui euangelia scripserunt Lucas euangelista testatur dicens: Quis quidem multi conati sunt ordinare narrationem rerum que in nobis complete sunt: si cut tradiderunt: nobis qui ab initio ipsi viderunt sermonem · et ministraverunt ei · et perseverantia usque ad presens tempus monumenta declarant: que a diuersis autoribus edita diuersarum heresum fuere principia · vt est illud iuxta egyptios · et Thoma · et Matthiam et Bartholomeum · duodecim quoque apostolorum et basilidis atque apollinis ac reliquorum quos

enumerare longissimū est. cum hec tñ im-  
 p̄sentiaz necesse sit dicere. extitisse quosdā  
 qui sine spū z gratia dei conati sunt magis  
 ordinare narzationē. q̄ historie terere veri-  
 tatem. Quibus iure p̄t illud propheticū  
 coaptari. **U**t q̄ prophetat d̄ corde suo. qui  
 ambulat post sp̄m suum. qui dicunt. hec  
 dicit dñs. z dñs nō misit eos. De quib⁹ et  
 saluator in euangelio Johānis loquitur.  
**O**mnes qui ante me venerūt: fures fuerūt  
 et latrones. Qui venerūt: nō qui missi sūt.  
**I**pse enī ait: Veniebant. z ego nō mittebā  
 eos. In venientibus p̄sumptio temerita-  
 tis. in missis obsequiū seruitutis est. **E**cce  
 sia aut̄ q̄ dñi voce supra petra fundata est.  
 quā introduxit rex in cubiculū suum. z ad  
 quā per foramē descensionis occulte misit  
 manū suam similis damulē hinnuloqz cer-  
 uozū. quattuor flumia paradisi instar eructu-  
 ans quattuor z angulos z annulos habet.  
 per quos quasi arca testamenti z custos le-  
 gis dñi lignis mobilib⁹ vehitur. **P**rimus  
 omnium **M**attheus est publicanus cogno-  
 mēto leui: qui euangeliū in iudēa hebreo  
 sermone edidit ob eozū vel maxime causā  
 qui in hiesū crediderāt ex iudēis: et nequa  
 q̄ legis ymbra secedente euangelij verita-  
 tem seruabant. **S**ecundus **M**arcus inter  
 pres apostoli **P**etri. z alexandrinę ecclesie  
 primus ep̄s: qui dñm quidem saluatozē  
 ipse nō vidit: sed ea quę audierat magistru  
 p̄dicantē. intra fidem magis gestoz narra-  
 uit q̄ ordinem. **T**ercius **L**ucas medicus  
 natione syrus antiochēsis. cui⁹ laus in euā-  
 gelio: qui z ipse discipul⁹ apostoli pauli in  
 achaię bythinieqz partibus volumen cōdi-  
 dit. q̄dam aliis repetens. z vt ipse in pro-  
 hemio confitē audita magis q̄ visa descri-  
 bens. **U**ltimus **J**ohannes ap̄s z euange-  
 lista quem hiesus plurimū amauit. qui sup-  
 pectus dñi recubens purissima doctrinaz  
 fluentia potauit. z qui solus de cruce meru-  
 it audire. **E**cce mater tua. **I**s cum esset in  
 asia. z iam tūc hereticoz semina pullularēt  
 cherinthi. z hebionis. z ceteroz qui negāt  
 christū in carne venisse: quos z ipse in epla  
 sua antichristos vocat. z apls paulus fre-  
 quenter percutit: coactus est ab omnibus  
 pene tūc asię ep̄iscopis. z multarū ecclesia-  
 rum legationibus de diuinitate saluatoris  
 alius scribere. z ad ipsū: vt ita dicam: dei  
 verbū: non tam audaci q̄ felici temeritate  
 prozūpere. vt ecclesiastica narzat historia.  
 cum a fratribus cogere vt scriberet. ita  
 facturū se respondisse: si indicto ieiunio in  
 commune omnes deū deprecaretur. **Q**uo  
 expleto. reuelatōne saturatus in illud pro-  
 hemium celo veniens eructauit: **I**n princi-  
 pio erat verbū z verbum erat apud deū. z  
 deus erat verbum. hoc erat in principio  
 apud deum. **H**ęc igitur quattuor euange-  
 lia multo ante p̄dicta **E**zechielis quoqz  
 volumen probat. in quo prima visio ita cō-  
 terit. **E**t in medio similitudo quattuor ani-  
 malium z vultus eoz. facies hominis z fa-

ciēs leonis. z facies vituli. z facies aquilę  
**P**rima hominis facies **M**attheū signifi-  
 cat. qui quasi de homie exorsus ē scribere:  
**L**iber generationis hiesu christi filij dauid  
 filij abraam. **S**ecunda marcū. in quo vox  
 leonis in heremo rugientis auditur: **V**ox  
 clamantis in deserto. parate viam domini.  
 rectas facite semitas eius. **T**ercia vituli. q̄  
 euangelistā lucā a zacharia sacerdote sum-  
 plisse initium p̄figurat. **Q**uarta iohannes  
 euangelistam. qui assumptis pennis aq̄le  
 z ad altiora festinans. de verbo dei dispu-  
 tat. **L**etera quę sequuntur in eundem sen-  
 sum proficiunt. **C**ruca eoz recta z pennati  
 pedes. z quocunqz sp̄s ibat. ibant. z non  
 reuertebant. z dorsa eozum plena oculis. z  
 scintille ac lampades in medio discurretes.  
 z rota in rota. z in singulis quattuor faci-  
 es. **U**nde z apocalipsis iohannis. post ex-  
 positionem vigintiquattuor senioz qui te-  
 nentes citharas z phialas adorātes agnū  
 dei. introducit fulgura atqz tonitrua. z sep-  
 tem spiritus discurrentes. z mare vitreū.  
 z quattuor animalia plena oculis dicens:  
 Animal primum simile leoni. z secundū si-  
 mile vitulo. z terciū simile homini. z quar-  
 tum simile aquilę volanti. **E**t post paululū  
**P**lena inquit erant oculis. z requiem nō  
 habebant die ac nocte. dicentia: **S**anctus  
 sanctus sanctus dominus deus omnipo-  
 tens. qui erat. z qui est. z qui vēturus est.  
**Q**uibus cunctis perspicue ostendit. quat-  
 tuor debere tñ euangelia suscipi. z omnes  
 apocryphozū nenas mortuis magis hē-  
 reticis q̄ ecclesiasticis viuīs canendas.

**A**rgumentū in euangelium scđm **M**at-  
 theum incipit.

**M**attheus ex  
 iudēa sicut in ordine  
 prim⁹ ponitur: ita euā-  
 gelium in iudēa primus scripsit:  
 cuius vocatio ad deum ex publi-  
 canis actibus fuit: <sup>s. vel duo.</sup> duoz in gene-  
 ratōne christi principia p̄sumēs:  
<sup>s. i. dauid et abraha</sup> vnius cui⁹ prima circumcisio in  
<sup>s. s. dauid.</sup> carne: alterius cuius scđm cor-  
<sup>s. hie. s.</sup> electio fuit. **E**t vtrisqz em p̄ribus  
<sup>s. i. ab abraha s. vel via s. dauid.</sup> christ⁹. **S**icqz quaterdenario nu-  
<sup>s. generatōnis. s.</sup> mero trifozmiter posit⁹: principiu  
<sup>s. i. ab abraha s. vel via s. dauid.</sup> a credendi fide in electionis tem-  
 pus porrigēs. z ex electōe vsqz in  
 transmigrationis diem dirigens:  
 atqz a transmigrationis die vsqz

**M**odus tractandi  
 talis est. **P**rius ge-  
 nealogiam christi re-  
 scribit. distinguēs eā  
 per tres sexages  
 cades. post ait de nu-  
 tritura saluatoris. et  
 de aduentu magozū  
 in bethleem. z de occi-  
 sione paruloz. dein  
 de te baptismo chri-  
 sti z ieiunio. xl. dieū.  
 z de temptatōe tripli-  
 ci. **P**ostea d̄ doct. ia  
 eius. s. de sermone ha-  
 bito in mōte. teinde  
 gesta z miracula chri-  
 sti exponit. **T**andē d̄  
 passione. reurrectōe.  
 z ascēsiōe agit. **H**ic  
 autem libro **H**iero-  
 nimus prologū p̄mit-  
 tit in quo ostēdit vbi  
 euāgelii scripsit et  
 de q̄mo statu ad q̄  
 dignū sit assumptus. z  
 de quib⁹ z quo ordi-  
 ne in hoc euangelio  
 tractet.

**D**uorū in ge.  
 Id est. p̄termittens